ore uidit. Qui cum eum idem draco deuorare uellet, cepit tremens clama
re dicens: Currite fratres, currite, quia draco me deuorare uult.
Currentes autem fratres draconem minime uiderunt, sed trementem atque pal
pitantem monachum ad monasterium reduxerunt. Qui statim promisit se
de monasterio numquam fore recessurum atque ab hac hora in sua promi
De tempore famis uperuit ad modo uictu. (ssione permansit
Tempore cum in regione Campanie maxima fames fuisset et in
monasterio sancti Benedicti preter .v. panes nullus cibus inueniri po
tuisset, pusillanimitatem fratrum studuit sanctus pater modesta in
crepatione corrigere et rursum subleuare consolatione dicens:
Quare de panis inopia animus uester contristatur? Hodie quidem minus est, sed die
crastina habundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farine
sacci ante cellam inuenti sunt, quos omnipotens deus per sanctum patrem trans
miserat fratribus. Unde ipsi gratias deo agerent didicerunt ex habunda
ntia ut non in egestate amplius dubitarent. Aliud plura idem cecos
illuminauit, demones fugauit, mortuos suscitauit, surdis
auditum, claudis gressum, infirmis sanitatem restituit. Ac al
ia multa ~~bona~~ et innumerabilia deo adiuuante felici uita
felici hic operatus est. Tandem cum omnipotenti deo placuit, ut ip
sum ad se reciperet, monachos confortat atque ut in seruicio dei
permaneant exhortans retulit dissolutionem sui corporis imminere
sibi et felici obitu migrauit ad dominum ihesum christum. Et c.
Fuit quidam Honoratus nomine. De honorato abbate.
qui a iuuentute sua studuit deo fideliter seruire. Cumque
in adolescentia adhuc esset, qualis futurus esset deus miraculo oste
ndit. Nam cum quadam die parentes illius conuiuium exhibuissent suis
amicis, idem puer pro amore abstinentie carnes aliis uescen
tibus recusabat edere. Quem propter idem a parentibus correptus est huiusmodi(?)
his: Numquid pisces sumus forte tibi dare? Unde factum est cum quidam
mancipium ad hauriendam aquam ad fontem uenisset hausta aqua